

SCIPIONIS  
GENTILIS

IURIS COS.


DE

Coniurationibus  
Libri Duo.

*Ad Christianiss.*

H E N R I C V M IIII  
*Francorum Regem.*

Cum INDICE locupletissimo.



H A N O V I A,  
Typis Wechelianis, apud Claudiū  
Marnium, & hæredes Joan. Aubrii.

M D C I L.

CHRISTIANISSIMO  
HENRICO III.  
FRANCORVM ET  
NAVARRÆ REGI.

**H**T voluntate mea, REX, &  
præstantium hominum, Ma-  
iestati tuæ deditissimorum,  
cōsilio adductus, librum hūc  
mcum de Coniurationibus,  
tuo inscriptum nomini, ad te mitto. Ar-  
gumentum ipsum palam vocabat ad Re-  
ges: nominatim ad te Regem, non solum  
maximum, sed virtute & rebus gestis o-  
mniū clarissimum. Hæc, non alia, ratio  
instituti mei fuit. Nec veritus sum, si hunc  
librum tibi dicarem, ne vel scholastici  
hominis atque ignoti despiceres literatiū  
mutius, vel tractatione offendereris eius  
rei, quæ vnatimenda summæ fortunæ. Nā  
illud non est clementiæ tuæ, qua nulla in  
te virtus admirabilior est aut gravior, neq;  
hoc robotis & fortitudinis, qua vincis or-  
mnes. Deorum immortalium simillimi es-  
sent Principes, si nullis eiusmodi aut non  
maioribus, quam priuati, curis occupatio-  
nibusque attinerentur: ut sapiēti illi Liuiæ

**Impp. A R C A D I V S**  
**& H O N O R I V S**  
Augusti

*E V T Y C H I A N O P R A E F E -  
C T O P R A E T.*

I. QVISQVIS CVM MILITIBVS, VEL  
PRIVATIS, VEL BARBARIS SCELE-  
STAM INIERIT FACTIONEM, AVT FA-  
CTIONIS IPSIUS SVSCE PERIT SACRA-  
MENTVM, VEL DEDERIT,

II. De NECE ETIAM VIRORVM  
ILLVSTRIVM, QVI CONSIGLIIS, ET CON-  
SISTORIO NOSTRO INTERSUVT, SE-  
NATORVM ETIAM (NAM ET IPSI  
PARS CORPORIS NOSTRI SVNT) VEL  
CVIVSLIBET POSTREMO, QVI NOBIS  
MILITAT, COGITAVERIT: (EADEM E-  
NIM SEVERITATE VOLVNTATEM SCE-  
LERIS, QVA EFFECTVM PVNIRI IV-  
RA VOLVERVNT) IPSE QVIDEM, VT-  
POTE MAIESTATIS REVS, GLADIO FE-  
RIATVR, BONIS EIUS OMNIBVS FISCO  
NOSTRO ADDICTIS.

A

SCIP. GENTI-  
LIS IVRISCONS.  
Commentarius

*Ad superiorem Constitutionem.*

ARGUMENTVM.



RIMEN IESSE Maiestatis, siue, ut veteres loquebatur, imminutæ sumnum & maximū esse, inter omnes conuenit. Sed eius crimis cum varia sint genera, omnium grauissimum atque atrocissimum genus est Perduellio. Id Vlpianus ita definit, cum quis hostili animo aduersus Rēpublicam vel Principem animatus est l.vlt. D.ad Leg. Iul. maiest. Ad hoc genus pertinet proprie hæc constitutio. Est enim de Cōiurationibus, vt omnia eius verba demonstrant, quam rem summum ipsius Perduellionis caput, maximeq; horribile cōstat esse: cum ad interitum Rēpublicę rectā feratur. Hoc igitur crīmē hæc constitutio vindicat vel prima, vel adcutatissime omnium. neque enim ullam antea legem extitisse memini, quæ ita specialiter de hoc solo genere, atque ita diligenter cauerit. Solam Principis vitam atq; incolumentem hæc constitutio ructur, tum eorum, quos membra ac partes sui corporis Principes appellant, consiliariorum